



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Paraenesis De Eleemosyna

Alardus <Aemstelredamus>

[Köln], 1545

VD16 A 1250

An medicis ualidis, alijsque id genus otiosis erronibus succurrendum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63012](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63012)

DB E L E E M O S Y N A

non esset fas tollere sanctis, & dare uulgi pauperibus . Beda : Petrus supple memor illius præcepti, **Nolite possidere aurum & argētum, pecuniam, quæ ad pedes pauperum ponebatur non sibi recondebat, sed ad usus pauperum, qui sua patrimonia reliquerunt, seruabat.**

An medicis ualidis, alijsque id genus otiosis erroribus succurrendum.

PAUPERIBUS danda est eleemosyna, q̄ suis manib⁹ laborare non possunt, ca. de mend. ual. Pauper autē qui laborare potest, si se eleemosynis immiscer, captiuandus & in seruitutem redigendus. **Chrisosto. libro contra gentiles. Babylæ Antiochæ ni episcopi ac martyris uitam continent. Nam qui opulentiores inter illos sunt, in ordinem parasitorum cogunt eos, qui ob ignauiam fame pereunt, q̄s ipsos tanquam canes ad mensas suas enutriunt, eorumq; impudentes uentres iniquarum cœnarū reliquij s dissipant, ijsdem pro animi arbitrio abutentes. At nos qui in uniuersum mores uestros iniq̄s, ac prorsus ratione carentes abominamur, q̄ ob propriam segniciē, atq; ignauia esurire cogunt, eos nō pascimus, quin potius suadendo hortamur, ut & sibi, & cæteris opera sua uictum sufficiant: qui uero inutilo sunt corpore, ijs pmitimus modo uictū necessariū ab ijs qbus facultates suppetunt mēdicare. Nec est quod opinetur quis, in hoc parum sibi constantem Chrysostomum, ut qui toties, & perpetuo fere in locis alijs curiosiorem pauperum delectum improbat.**

DE E L E E M O S Y N A.

Et Chrysostomo, & doctis omnibus mos est, circumspetius atque solidius loqui & definire, si quando cum aduersarijs eis res est. Vnde hoc loco beati Pauli apostoli ad Thesalonicenses præceptum attulit dicentis: Qui operari non uult, non edat. Huc magistratus spectent. Cæterum misericordia priuatorum est, ne benefaciendo defatigentur. Sed proh quod ignauorum, impostorumq; myriades nunc publicis sumptibus, summa eorum qui bus maxime debeantur, inopia apud nos magis quam ullam gentem aluntur. Augustinus ad Vincentium Donatistam & rogatistam: Ut ilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligat, quam esurienti panis frangatur, &c.

Nomine Christi citra delectum ministrandum pauperibus sanctis, eosque non solum esse monachos.

Chrysostomus homilia 10. ex capi. c. in epist. ad Hebræos. Non enim in iustus deus, inquit, ut obliuiscatur charitatis uestræ & festinationis, quam ostendistis in nomine eius ministrantes sanctis. Magna illis testificatur, non opera tantum, sed etiam alacritatem operum, quod & alibi dixit, Non solum autem, sed etiam seipso dederunt domino & nobis. Quam ostendistis, inquit, in nomine eius ministrantes sanctis. Intuere quomodo iterum eos curat, inferens: Et ministrantes adhuc, et iam nunc, inquit ministrantes. Et erigit eos, ostendens, quoniam illis fecerunt, sed deo. Quam ostendistis, inquit, & non dixit in sanctos, sed in deum: hoc enim est in no-